AD SECUNDUM dicendum, qd rō illa procedit de instrumento cuius non est agere, sed solum agi. tale autem instrumentū non est homo, sed sic agitur a Spiritu sancto, quod etiam agit in quantum est liber arbitrii: vnde indiget habitu.

AD TERTIUM dicendum, qd prophetia est de donis, quae sunt ad manifestationem Spiritus, non autē ad necessitatem salutis. unde non est simile.

ARTICVLVS IIIII.

Utrum conuenienter septem dona Spiritus sancti enumerentur.

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter septem dona Spiritus sancti enumerentur. In illa enim enumeratione ponuntur quatuor pertinentia ad virtutes intellectuales, scilicet sapientia, intellectus, scientia, & consiliū, quod pertinet ad prudentiam: nihil autem ibi ponitur, quod pertineat ad artem, quae est quinta virtus intellectualis: similiter etiā ponitur aliquid pertinens ad iustitiam, scilicet pietas, & aliquid pertinens ad fortitudinē, scilicet fortitudinis donum. nihil autem ponitur ibi pertinens ad temperantiam. ergo insufficienter enumerantur dona.

¶ 1. Præ. Pietas est pars iustitiæ: sed circa fortitudinē non ponitur aliqua pars eius, sed ipsa fortitudo. ergo non debuit poni pietas, sed ipsa iustitia.

¶ 2. Præ. Virtutes theologicae maxime ordinantur ad Deū. Cū ergo dona perficiant hominem secundum quod mouetur a Deo, videtur quod debuissent poni aliqua dona pertinentia ad theologicas uirtutes.

¶ 3. Præ. Sicut Deus timet, ita et amat, & in ipsum aliquis sperat, & de eo delectatur: amor autē, spes, & delectatio sunt passiones cōdiuinae timori. ergo si timor ponit donū, ita & alia tria debent poni dona.

¶ 4. Præ. Intellectui adiungitur sapientia, quae regit ipsum, fortitudini autem consiliū, pietati uero caritas: ergo & timori debuit addi aliquod donum diuinum. inconuenienter ergo septem dona Spiritus sancti enumerantur.

SED IN CONTRARIUM est autoritas Scripturae Isaia vndecimo.

RESPON. Dicendum, qd sicut dictū est, \* dona sunt quidam habitus perficiētes hominem ad hoc, qd proprie sequatur instinctū Spiritus sancti: sicut uirtutes morales perficiunt uires appetitiuas ad obediendū rōni. Sicut autē uires appetitiuæ natae sunt moueri per imperiū rationis: ita oēs uires humanae natae sunt moueri per instinctum Dei, sicut a quadā superiori potentia: & ideo in oibus uiribus hominis, quae possunt esse principia humanorum actuum, sicut sunt uirtutes, ita etiā sunt dona. sicut in ratione, & in uires appetitiuas ratio autem est speculatiua, & practica, & in utraque consistit.

Super Quest. 68. Articuli quatuor.

In ar. 4. euulde 61. q. aduerte, qd author hoc in loco loquitur opinione, quod postmodū in 1. 2. 8. ar. 6. relinquitur: enim uult qd dicitur inspecta ad intellectū dilinguuntur pernes practici, & speculatiui: uero in sed uult qd intellectus fit oīum penetratiuus, sapientia autē nū index p cam d. tūllimam: & similitera per caritas creatas (seu proprias, & similitere cōdiuiniū applicatum ad opera, & hōis quere: quia diuinitas est ingent.

Super

pp. 10.

ARTICVLVS V.

Utrum dona Spiritus sancti sint connexa.

consideratur apprehensio veritatis, quae pertinet ad A inuentionem, & ad iudicium de veritate. Ad apprehensionem igitur veritatis speculatiua ratio per intellectum, practica vero per consilium. Ad recte autem iudicandum speculatiua quidem per sapientiam, practica vero per scientiam perficitur. Apetitiua autem virtus in his quidem quae sunt ad alterum, perficitur per pietatem: in his autem quae sunt ad seipsum, perficitur per fortitudinem contra timorem periculorum: contra concupiscentiam uero inordinatam delectabilem per timorem, secundum illud Prouer. 16. In timore Domini declinat omnis a malo. Et in Psal. 118. Confige timore tuo carnes meas: a iudiciis enim tuis timui. Et sic patet, quod haec dona extendunt se ad omnia, ad quae se extendunt virtutes tam intellectuales, quam morales.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod dona Spiritus sancti perficiunt hominem in his, quae pertinent ad bene viuendum, ad quae non ordinatur ars, sed ad exteriora factibilia: est enim ars ratio recta non agibilia, sed factibilia, ut dicitur in 6. Ethico, \* Potest tamen etiam dici, quod quantum ad infusionem donorum, ars pertinet ad Spiritum sanctum, qui est principaliter mouens, non autem ad homines, qui sunt quaedam organa eius dum ab eo mouentur. Temperantiae autem respondet quodammodo donum timoris, sicut enim ad virtutem temperantiae pertinet secundum eius propriam rationem, ut aliquis recedat a delectationibus prauis propter bonum rationis: ita ad donum timoris pertinet, quod aliquis recedat a delectationibus prauis propter Dei timorem.

AD SECUNDUM dicendum, quod nomen iustitiae imponitur a rectitudine rationis, & ideo nomen virtutis est conuenientius, quam nomen doni: sed nomen pietatis importat reuerentiam, quam habemus ad patrem, & ad patriam. Et quia pater omnium Deus est, etiam cultus Dei pietas nominatur, ut August. dicit 10. de ciui. Dei. \* & ideo conuenienter donum, quo aliquis propter reuerentiam Dei bonum operatur ad omnes, pietas nominatur.

AD TERTIUM dicendum, quod animus hominis non mouetur a Spiritu sancto, nisi ei secundum aliquem modum uniat: sicut instrumentum non mouetur ab arte, nisi per contactum, aut per aliquam aliam unionem. Prima autem unio hominis est per fidem, spe, & charitatem: unde istae virtutes praesupponuntur ad dona, sicut radices quaedam donorum. Unde omnia dona pertinent ad has tres virtutes, sicut quaedam deriuationes praedictarum virtutum.

AD QUARTUM dicendum, quod amor, spes, & delectatio habent bonum pro obiecto: summum autem bonum Deus est. Unde nomina harum passionum transferuntur ad virtutes theologicas, quibus anima coniungitur Deo. Timoris autem obiectum est malum, quod Deo nullo modo competit: unde non importat coniunctionem ad Deum, sed magis recessum ab aliquibus rebus propter reuerentiam Dei, & ideo non est nomen virtutis theologicae, sed doni quod eminentius retrahit a malis, quam virtus moralis.

AD QUINTUM dicendum, quod per sapientiam dirigitur & hominis intellectus, & hominis affectus: & ideo ponuntur duo correspondentia sapientiae tanquam directiuo, ex parte quidem intellectus donum intellectus: ex parte autem affectus donum timoris. Ratio enim timendi Deum praecipue sumitur ex consideratione excellentiae diuinae, quam considerat sapientia.

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur quod dona non sunt connexa. Dicit enim Apostolus 1. ad Corinth. 12. Alii datur per Spiritum sermo sapientiae, alij sermo scientiae secundum eundem Spiritum: sed scientia, & scientia inter dona Spiritus sancti computantur. ergo dona Spiritus sancti dantur diuersis, & non connectuntur sibi inuicem in eodem.

¶ 2. Prater. Aug. dicit in 14. de Trinit. \* quod scientia, non polleret fideles plurimi, quamuis polleant ipsa fide: sed fidem comitatur aliquod de donis, ad minus donum timoris. ergo videtur quod dona non sint de necessitate connexa in vno, & eodem.

¶ 3. Prater. Greg. in 1. Moral. dicit, quod minor est sapientia, si intellectu careat: & valde inutilis est intellectus, si ex sapientia non subsistat: vile est consilium, cui opus fortitudinis deest: & valde fortitudo destituitur, nisi per consilium fulciatur: nulla est scientia, si utilitatem pietatis non habet: & valde inutilis est pietas, si scientiae discretionem careat: timor quoque ipse si non has virtutes habuerit, nullum opus bonae actionis surgit: ex quibus videtur quod vnum donum possit sine alio haberi. non ergo dona Spiritus sancti sunt connexa.

SED CONTRA est, quod ibidem \* Grego. praemittit dicens. Illud in Iob filiorum conuiuio perscrutandum videtur, quod semetipsos inuicem pascunt, per filios autem Iob, de quibus loquitur, significantur dona Spiritus sancti. ergo dona Spiritus sancti sunt connexa per hoc, quod se inuicem reficiunt.

RESPON. Dicendum, quod huius questionis veritas de facili ex praemissis potest haberi. Dicitur \* est enim supra, quod sicut vires appetituae disponuntur per virtutes morales in comparatione ad regimen rationis: ita omnes vires animae disponuntur per dona in comparatione ad Spiritum sanctum mouentem. Spiritus autem sanctus habitat in nobis per charitatem, sicut illud Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. sicut & ratio nostra perficitur per prudentiam. Unde sicut virtutes morales connectuntur sibi inuicem in prudentia, ita dona Spiritus sancti connectuntur sibi inuicem in charitate, ita scilicet quod qui charitatem habet, omnia dona Spiritus sancti habet, quorum nullum sine charitate haberi potest.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sapientia, & scientia vno modo possunt considerari, secundum quod sunt gratiae gratis datae, prout scilicet aliquis abundat in tantum in cognitione rerum diuinarum, & humanarum, ut possit etiam fideles instruere, & aduersarios confundere: & sic loquitur ibi Apostolus de sapientia, & scientia, unde signanter fit mentio de sermone sapientiae, & scientiae. Alio modo possunt accipi prout sunt dona Spiritus sancti, & sic sapientia, & scientia nihil aliud sunt, quam quaedam perfectiones humanae mentis, secundum quas disponuntur ad sequendum instinctum Spiritus sancti in cognitione diuinorum, uel humanorum, & sic patet quod huiusmodi dona sunt in omnibus habentibus charitatem.

AD SECUNDUM dicendum, quod Aug. loquitur de scientia, exponens praedictam auctoritatem Apostoli: unde loquitur de scientia praedicto modo accepta, secundum quod est gratia gratis data: quod patet ex hoc, quod subdit. Aliud enim est scire tantummodo quid homo credere debeat propter adipsam vitam beatam, quae non nisi aeterna est: aliud autem

2. q. 19. art. 4. co. Et 3. q. 7. art. 3. ad 3. Et 3. di. 36. art. 3. Et uir. q. 5. art. 2. ad 7. Et 1. cor. 13.

\* lib. 14. de Tri. cap. 1. a medio, to. 3.

Cap. 12. circa medium.

Li. 1. Moral. cap. 38. circa medium.

Art. 3. huius quest.

dem fol... a per... omnibus... Septem... fanchis... dit de in... tale au... tur a Spi... liberta... de donis... in aure ad... Quae... uili quae... euidet... re, q... in loco... monio... in 2. q... lincun... de q... ad m... ganant... tici, &... tibi uer... q... in... p... p... a... & sim... cantas... r... &... c... p... a... & h... qua... g... 4. Sept... ortitud... tud. et... inane... sem... uiffent... virtutes... in ip... it, spes... ergo sic... omni don... qua reg... i uero... onum... na Spirit... Scriptura... \* dona... q... ures mo... endu... uer... p... e... sunt... periori... ae... sunt... apper... in utraque... confide...

autē est scire, quemadmodū hoc ipsū, & pijs opitulerur, & cōtra impios defendatur, quam proprio appellare vocabulo scientiam videtur Apostolus.

AD TERTIUM dicendū, q̄ sicut vno modo conuexio virtutum cardinalium probatur per hoc, q̄ una earum perficitur quodammodo per aliam, ut supra dictum est. \*ita Greg. eodē modo vult probare conuexionem donorum per hoc, quōd vnum sine alio non potest esse perfectum: vnde praeimit dicens. Valde singula quaelibet destituitur, si non una virtus alii virtuti suffragetur. nō ergo datur intelligi, quōd unum donum possit esse sine alio, sed q̄ intellectus si esset sine sapientia, non posset esse donum: sicut temperantia si esset sine iustitia, non esset virtus.

ARTICVLVS VI.

Utrum dona Spiritus sancti remaneant in patria.

q. 67. arti. 1. lib. 1. Mor. cap. 16.

2. 2. q. 8. art. 7. Et 3. q. 7. arti. 1. ad 3. Et 3. dist. 34. q. 1. arti. 3. & dist. 35. q. 2. arti. 1. q. 3. & arti. 4. c. 3. \*lib. 3. Mora. cap. 16. ante medium. Artic. 3.

Cap. 32. non pcul a prin cip. & c. 36.

Ca. 28. ad fi.

Lib. 2. c. 20. pars a prin cip. tom. 2.

In arg. Sed contra.

q. 67. arti. 1.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur q̄ dona Spiritus sancti nō maneant in patria. Dicit. n. Greg. in 2. Moral. \* quōd Spiritus sanctus contra singula tentamenta septem donis erudit mentem: sed in patria nō erunt aliqua tentamenta, secūdu illud Isai. 11. Nō nocebunt, & nō occident in vniuerso mōte sando meo. ergo dona Spiritus sancti non erunt in patria. ¶ 2. Præ. Dona Spiritus sancti sunt habitus quidā, ut supra dictum est. \* frustra autem essent habitus, ubi actus esse non pnt: actus autem quorundā donorū in patria esse non pnt. dicit. n. Greg. in 1. Mora. \* q̄ intellectus facit audita penetrare, & consilium prohibet esse præcipitem, & fortitudo facit non metuere aduersa, & pietas replet cordis viscera operibus misericordiae: hæc autem nō competunt statui patriæ. ergo huiusmodi dona non erunt in statu gloriæ.

¶ 3. Præ. Donorum quædā perficiunt hominē in uita cōtemplatiua, ut sapientia, & intellectus: quædā in uita actiua, ut pietas & fortitudo: sed actiua vita cum hac uita terminatur, ut Greg. dicit in 6. Moral. \* ergo in statu gloriæ non erūt omnia dona Spiritus sancti.

SED CONTRA est, qd̄ Ambr. dicit in lib. de Spiritu sancto. \* Ciuitas Dei illa Hierusalē celestis nō meatu alicuius fluminis terrestris abluit, sed ex vitæ fonte. pcedens Spiritus sanctus, cuius nos breui sariamur haultu, in illis celestibus spiritibus redundatius v̄ affluere, pleno septem virtutum spiritualium seruēs meatu.

RESPON. Dicendum, q̄ de donis dupliciter possumus loqui. Vno modo quantum ad essentiam donorū, & sic perfectissime erūt in patria, sicut patet p̄ authoritatem Amb. \* inducā. Cuius ratio est, quia dona Spiritus sancti perficiunt mentem humanā ad sequendam motionem Spiritus sancti, quod præcipue erit in patria, quādo Deus erit omnia in omnibus, ut dicitur 1. ad Corinth. 13. & qñ homo erit totaliter subditus Deo. Alio modo pnt cōsiderari quātum ad materiam circa quam operantur, & sic in p̄senti habent operationem circa aliquam materiā, circa quam nō habebunt operationem in statu gloriæ: & secūdu hoc non manebunt in patria, sicut supra de virtutibus cardinalibus dictum est. \*

AD PRIMUM ergo dicendum, quōd Greg. loquitur ibi de donis, secūdu quod competunt statui præsentis. sic enim donis protegimur cōtra tentamēta malorum: sed in statu gloriæ cessantibus malis p̄ dona Spiritus sancti perficiemur in bono.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ Greg. in singulis donis ponit aliquid quod transit cum statu præsentis, &

aliquid quod pmanet in futuro. Dicit. n. q̄ sapientia mentē de ceterorū sp̄s, & certitudine reficit, quorū duorū sp̄s transit, sed certitudo remanet: & de intellectu dicit, q̄ in eo q̄ audita penetrat, exhibet cōtenebras eius illustrat, quarū auditus transit, quādo docebit vir fratrem suū, ut d̄ Hier. 31. sed illustratio mētis manebit. De cōsilio autē dicit, \* qd̄ phibet esse præcipitem, qd̄ est necessarium in præsentis, & iterū q̄ ratione animum replet, qd̄ est necessarium etiam in futuro. De fortitudine vero dicit, q̄ aduersa non metuit, qd̄ est necessariū in præsentis: & iterū, q̄ qd̄ fidētibz cibos apponit, quod pmanet et in futuro. De scientia vero unum tantum ponit. s. q̄ ignorantia in iunium superat, qd̄ pertinet ad statum præsentem.

SED Qd̄ addit, in v̄tre mentis, potest figuratim intelligi repletio cognitionis, quæ pertinet et ad statum futurum. De pietate vero dicit, q̄ cordis viscera misericordiae operibus replet, qd̄ quidē s̄m verba pertinet t̄m ad statum præsentē: sed ipsē in cōtinuo affectus proximorum per viscera designatus, pertinet etiam ad futurum statum, in quo pietas nō exhibet misericordiae opera, sed cōgratulationis affectum. De timore vero dicit, quod premit mentem, ne de plebitus superbiat, quod pertinet ad statum præsentem, & quod de futuris cibos sp̄i confortat, quod etiam pertinet ad statum præsentem, quātum ad sp̄m: sed potest etiam ad statum futurum pertinere, quātum ad confortationē de rebus hic speratis, & ibi obtenta.

AD TERTIUM dicendum, q̄ rō illa procedit de donis quantum ad materiam. Opera enim actiua vna non erunt materia donorum, sed omnia habebunt actus suos circa ea, quæ pertinent ad vitam contemplatiuam, quæ est vita beata.

ARTICVLVS VII.

Utrum dignitas donorum attendatur secundum enumerationem Isaiæ 11.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Vt q̄ dignitas donorum non attenditur s̄m enumerationem, quæ enumerantur Isai. 11. Illud. n. videtur esse potissimum in donis, qd̄ maxime Deus ab homine requirit: sed maxime requirit Deus ab homine timorem, dicitur enim Deuter. 10. Et nunc Israel quid dominus Deum tuum petit a te, nisi vt timeas dominum Deum tuum. Et Malach. 1. dicitur. Si ego dominus, ubi timor meus? ergo videtur quod timor, qui enumeratur in timo, non sit infimum donorum, sed maximum. ¶ 2. Præ. Pietas videtur esse quoddā bonum vniuersale. dicit enim Apostolus 1. ad Timoth. 3. Quod pietas ad omnia utilis est: sed bonum vniuersale præteritur particularibus bonis. ergo pietas, quæ penultima enumeratur, videtur esse potissimum donorum.

¶ 3. Præ. Scientia perficit iudicium hominis, cōsiliū autem ad inquisitionem pertinet: sed iudicium præeminet inquisitioni. ergo scientia est potius donum, quā cōsiliū, cum tamen post enumerationem. ¶ 4. Præ. Fortitudo pertinet ad vim appetitiuam, scientia autem ad rationem: sed ratio est eminentior quā vis appetitiua. ergo & scientia est eminentior donum, quā fortitudo, quæ tamen primo enumeratur. non ergo dignitas donorum attenditur secundum ordinem enumerationis eorum.

SED CONTRA est, qd̄ Aug. dicit in lib. de ser. & de sancti, de qua Isaias loquit, his gradibus sententiæ congruē.

congruere, de quibus fit mentio Matth. 5. sed interest ordinis; nam ibi, s. in Ilaia, numeratio ab excellioribus capit, hic uero ab inferioribus.

RESPON. Dicendum, q. dignitas donorum dupliciter potest attendi. Vno modo simpliciter, s. per comparisonem ad proprios actus, prout procedit a suis principiis; alio modo secundum quid, s. per comparisonem ad materiam. Simpliciter autem loquendo de dignitate donorum, eadem est ratio comparisonis in ipsis, & in uirtutibus; quia dona ad omnes actus potentiarum animae perficiunt hominem, ad quos perficiunt uirtutes, ut supra dictum est. Vnde sicut uirtutes intellectuales preferuntur uirtutibus moralibus, & in ipsis uirtutibus intellectualibus contemplatiuae preferuntur actiuis, ut sapientia intellectui, & scientia prudentiae & arti, ita tamen q. sapientia preferatur intellectui, & intellectus scientiae, sicut prudentia, & synesis eubulliae; ita et in donis sapientia & intellectus, scientia & consilium preferuntur pietati, & fortitudini, & timori in quibus etiam pietas preferatur fortitudini, & fortitudo timori, sicut iustitia fortitudini: & fortitudo temperantiae; sed quantum ad materiam fortitudo & consilium preferuntur scientiae & pietati: quia, s. fortitudo & consilium habent in arduis locum, pietas autem & etiam scientia in communibus. Sic igitur donorum dignitas ordini enumerationis respondet, partim quidem simpliciter, secundum quod sapientia & intellectus omnibus preferuntur; partim autem securum ordinem materiae, secundum quod consilium & fortitudo preferuntur scientiae & pietati.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod timor maxime requiritur quasi primordium quoddam perfectionis donorum: quia initium sapientiae timor Domini, non propter hoc, q. sit caeteris dignius, prius enim est secundum ordinem generationis, ut aliquis recedat a malo, quod fit per timorem, ut dicitur Proverb. 16. quam quod operetur bonum, quod fit per alia dona.

AD SECUNDUM dicendum, quod pietas non comparatur in uerbis Apostoli omnibus donis Dei, sed solum corporali exercitationi, de qua praemittit, quod ad modicum utilis est.

AD TERTIUM dicendum, quod scientia et si preferatur consilio ratione iudicii, tamen consilium preferatur ratione materiae; nam consilium non habet locum nisi in arduis, ut dicitur in 3. Ethic. \* sed iudicium scientiae in omnibus locum habet.

AD QUARTUM dicendum, q. dona directiua, quae pertinent ad rationem, donis exequentibus digniora sunt, si considerentur per comparisonem ad actus, prout egrediuntur a potentia. Ratio enim appetitiuae praeminet, ut regulans regulato; sed ratione materiae adiungitur consilium fortitudini, sicut directiuum exequenti, & similiter scientia pietati, quia, s. consilium & fortitudo in arduis locum habent: scientia autem & pietas etiam in communibus. & ideo consilium simul cum fortitudine ratione materiae numeratur ante scientiam & pietatem.

ARTICVLVS VIII.

Utrum uirtutes sint preferenda donis.

AD OCTAVUM sic proceditur. Videtur, quod uirtutes sint preferenda donis. Dicit enim Aug. in 15. de Trinit. \* de charitate loquens. Nullus est isto Dei dono excellentius, solum est quod diuidit inter filios regni aeterni, & filios

perditionis aeternae. dantur & alia per Spiritum sanctum munerata, sed sine charitate nihil prosunt: sed charitas est uirtus. ergo uirtus est potior donis Spiritus sancti.

¶ 2 Praet. Ea quae sunt priora naturaliter, uidentur esse potiora: sed uirtutes sunt priores donis Spiritus sancti. dicit enim Gre. in 2. Moral. \* quod donum Spiritus sancti in subiecta mente ante alia iustitiam, prudentiam, fortitudinem, & temperantiam format: & sic eandem mentem septem modis uirtutibus, id est, donis temperat, ut contra stultitiam, sapientiam; contra hebetudinem, intellectum; contra precipitationem, consilium; contra timorem, fortitudinem; contra ignorantiam, scientiam; contra duritiam, pietatem; contra superbiam, Dei timorem. ergo uirtutes sunt potiores donis.

¶ 3 Praet. Virtutibus nullus male uti potest, ut Aug. dicit. \* donis autem potest aliquis male uti. dicit. n. Greg. in 1. Moral. q. quod hostiam nostrae precis immolamus ne sapientia eleuet: ne intellectus dum subtiliter currit, oberret: ne consilium dum se multiplicat, confundat; ne fortitudo dum fiduciam praebet, praecipitet; ne scientia dum nouit, & non diligit, inflet: ne pietas dum se infra rectitudinem inclinatur, in torqueat: ne timor dum plus iusto trepidat, in desperationis foueam mergat. ergo uirtutes sunt digniores donis Spiritus sancti.

SED CONTRA est, quod dona dantur in adiutorium uirtutum contra defectus, ut patet in authoritate iudicia: & sic uidetur quod perficiant quod uirtutes perficere non possunt. sunt ergo dona potiora uirtutibus.

RESPON. Dicendum, q. sicut ex supradictis patet. \* Virtutes in tria genera distinguuntur. sunt enim quaedam uirtutes theologicae, quaedam intellectuales, quaedam morales. Virtutes quidem theologicae sunt, quibus mens humana Deo coniungitur. Virtutes autem intellectuales sunt, quibus ratio ipsa perficitur. Virtutes autem morales sunt, quibus uires appetitiuae perficiuntur ad obediendum rationi. Dona autem Spiritus sancti sunt, quibus omnes uires animae disponuntur ad hoc, quod subdantur motiui diuinae. Sic ergo eadem uidetur esse comparatio donorum ad uirtutes theologicas, per quas homo unitur Spiritui sancto mouenti, sicut uirtutum moralium ad uirtutes intellectuales, per quas perficitur ratio, quae est uirtutum moralium motiua. Vnde sicut uirtutes intellectuales preferuntur uirtutibus moralibus, & regulant eas, ita uirtutes theologicae preferuntur donis Spiritus sancti, & regulant ea. Vnde Gre. dicit in 1. Mora. \* quod neque ad denarii perfectionem septem filii, i. septem dona perueniunt, nisi in fide, spe, & charitate fiat omne quod agunt. Sed si comparemus dona ad alias uirtutes intellectuales uel morales, dona preferuntur uirtutibus, quia dona perficiunt uires animae in comparatione ad Spiritum sanctum mouentem: uirtutes autem perficiunt uel ipsam rationem, uel alias uires in ordine ad rationem. Manifestum est autem, q. ad altiore motorem oportet maiori perfectione mobile esse dispositum. Vnde perfectiora sunt dona uirtutibus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod charitas est uirtus theologica, de qua concedimus quod sit potior donis.

logicas, & dona: & uires proportionabilitatem hanc tenere, quomodo ad excellentiam coniunctio nis ad caput, qui author egebat, ut concluderet theologicas esse nobiliores donis, & non quod ad motionem moralium ab intellectualibus, & donorum a theologicalibus. Tam enim de finitum est, quod morales in fusa sic habent: ad theologicas: dona autem non sic ad ipsas solas, sed adiuncto infinitu Spiritus sancti.

1. 2. Mora. e. 26. ante me.

1. 2. de 1. ar. c. 19. to. 1. cap. 33. circa med.

In arg. 9.

q. 57. & 58. & 62.

cap. 18. circa med.

Prima Secundae S. Thomae.

T AD